Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



32

manducabo carnes thau
rorum. aut sanguinem
hircorum potabo. Imo
la deo sacrificium laudis.
Et redde altissimo uota tu
a. Et inuoca me in die
tribulacionis. et eruam
te. et honorificabis me.
Peccatori autem dixit de-
quare tu enarras iusti
cias meas. et assumis te
stamentum meum pos
tuum. Tu uero odisti disci
plinam. et proiecisti sermo
nes meos retrorsum. Si
uidebas furem currebas
cum eo. et cum adulteris por
cionem ponebas. Os tu
um habundauit malicia.
et lingua tua concinnabat
dolos. Sedens aduersus
fratrem tuum loquebaris.
et aduersus filium matris
tue ponebas scandalum.
hec fecisti et tacui. Existi
masti iniquc. quod ero
similis tui. arguam et
statuam contra faciem tu
am. Intelligite hec qui
obliuiscimini deum. ne
quando rapiat. et non sit qui
eripiat. Sacrificium
laudis honorificabit me.
et illic ostendam illi
salutare dei. Psalm?
Miserere mei deus se
cundum magnam
misericordiam tuam. Et secun
dum multitudinem miserationum
tuarum dele iniquitatem meam. Am
plius lauame domine ab inqui
tate mea. et a peccato
meo munda me. Quo
niam iniquitatem meam ego
cognosco. et peccatum me
um contra me est semper. Tibi
soli peccaui et malum co
ram te feci. ut iustificeris
in sermonibus tuis. et uin
cas cum iudicaris. Ec
ce enim in iniquitatibus
meis conceptus sum. et in
peccatis concepit me mater